

batur à sacerdotibus, & fugitivorum civitas, fuit. Hac trans Jordanem habitanti Israel principium idololatriæ, & malorum omnium fuit: & qui primi peccaverunt, primi ab Assyriis capti sunt. Hieron. lib. 2. con. in Ofc. cap. 6.

HERUSCI Romanæ superstitionis magistri fuerunt: ad quos sex patriciorum filii singulis annis religionis addicendæ ergo mittebantur. Val. Max. lib. 1. cap. 1.

SALOMON Judæorum Rex, ædificavit sanum Chamos idolo Moab, in monte, qui est contra Hierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. 1. Reg. 11.

HEROBOAM Israelitarum tyrannus fecit sana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. 1. Reg. 12. Ejus exemplum imitasti Israelitæ, ædificaverunt, & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam.

Scribit Diod. Sicul. 1. ÆGYPHIUM Ægyptium in maxima annonæ penuria Atheniensibus frumenta attulisse. Quo beneficio affecti, eum Regem sibi Athenienses elegerunt. Ille ceremonias, & mysteria Cereris Eleusina ab Ægyptiis translata Athenienses docuit.

JANUS in Italia primus Diis templa fecit, ritusque sacrorum instituit. Idcirco in sacrificiis præstationem meruit perpetuam. Macrobi. lib. 1. Sat. cap. 9. ex 1. lib. Xenon. rer. Ital.

FAUNUS Latinorum Rex, quo tempore Pandion regnavit Athenis, religionem, & Deorum immortalium metum Italici gentibus introduxit. ut ait Lactantius in 1. de Falsis relig. cum ante illum parva omnino, aut nulla esset religionis in Italia cognitio. Fama est, hunc Faunum Satyrorum, ac Faunorum fuisse patrem, sororemque habuisse Faunam, vel, ut alii majorem, Fatum. Habuit filium Sterculium, qui primus agrorum fertilitatem invenit, & idcirco inter Deos fuit relictus. Nat. Comes Mythol. lib. 5. cap. 9.

PHYGOS, frater Phoronæ Argivorum Regis Junior, cum esset mortuus, ad ejus sepulchrum templum est constitutum, in quo colebatur ut Deus, & ei boves immolarentur. Credo, honore tanto idcirco dignum putari, quia in regni sui patre, quam à patre obtinuerat, sacella constituerat ad colendos Deos, & docuerat observari tempora per menses, atque annos, quid eorum quatenus mirentur, atque numerarent. Hæc in eo nova mirantes adhuc homines, morte obita Deum esse factum, sive opinati sunt, sive voluerunt. August. lib. 10. de Civit. Dei cap. 3.

MAJNUS SCOTOR. Rextertius, ut populum ad religionem moveret, præcis factis novis quasdam, solemnemque ceremonias præradidit peragendas, ut immanibus faxis variis in regionis locis (ut res exposcebat) in coronam admotis, eorumque maximo ad meridiem porrecto, ejus pro ara foret usus, victimæ ibi Diis immortalibus sacrificium cremarentur. Instituit ut Diane menstruum sacrum, quem nemorum, & venatorum, tum populus deam habebat tutelarem. Eo fiebat, ut Lunam, postquam eum Sole coiverat, primitiam se prospectam quique præcans quibusdam verbis venerando salutarer, inolevisque profana consuetudo diutissime inter posteros. Sacerdotes inde ad sacra exequenda à rege dicti, quorum potestati sacrorum jura subdicbantur: salariumque illis ex Diis oblati constitutum. Multa alia sacra, solemnemque ceremoniam, præcansque Ægyptiorum codicibus fuerant instituta, gentili more ut peragerentur, auctor fuit. H. Boeth. lib. 2.

JULIANUS APOSTATA, cum paucos Christianos ad sacrificandum Diis impellere posset, ad Judæos accessit. Eos verò de se immolatos abnuentibus: nisi Hierosolymis in templo id facerent, templum Salomonis restitui iussit: idque opus Alypio Antiocheno curandum commisit. Cum autem fundamentorum gratia terra egeretur, horrendi flammarum globi crebris assulibus erumpentes, fabris aliquot exustis, locum inaccessibilem fecerunt: atque ita à templi reedificatione cessatum, & Signo. lib. 6. Imp. Ital.

LYCROGUS non in politicis tantum, verum etiam in religionis negotiis Lacedæmonios instituit. Nullam tamen Deorum imaginem in urbe esse voluit, quod immortalibus mortales species tribuere nefas esse duceret. Alex. lib. 2. c. 22. ex Plat. Lycargo.

CAMBESYS Persarum Rex, Cyro filio ad avum Astyagem Medorum Regem ituro hæc imprimis mandata dabat, ut nihil vel publicis, vel privatis rebus ageret, nisi factis præcans, Deorumque voluntatibus per auguria perspectis, & cognitis,

Legislatores.

Patries.

quid agendum, quid non agendum explorasset, humanum enim genus erroribus plenum esse. At Diis cum semper fuerint, cumque omnia norint, præcans præterita, & futura, invocati ad sunt consultationibus hominum, quibus propiti ob pietatem fuerint: signis quoque ostendunt, quid agere, quibusque abstinere oporteat. Xenophon. lib. 1. P. adia.

Præceptores.

CHIRON CENTAURUS Achillis præceptor, hæc suo discipulo præcepta dabat:

μάλα μὲν κροῖδον βαρύνει σφραγὶ κροῖδον τε πρῶτον δὴν ὀσβεδρ. τὰς δὲ μὴ ποτὶ τιμᾶς κίβηται γαίῳν θῶν πεπορευμένον.

hoc est, Primum omnium Deos timendos: deinde parentes honore esse afficiendos. Pinda. Pith. Ode 6.

Mulieres, Matres, Uxores.

Cuncti Feminas superstitionis Duces, & auctores esse existimant. Eæ enim sunt, quæ viros ad Deorum cultus, ad dies festos, ad venerationes, ad preces invitant amplius. Rarumque est, ut vir quisquam sine uxoris solus degens, talis reperitur. Strabo. lib. 7. ex Menandro.

SALOMON Judæorum Rex, cum septingentas uxores duxisset, atque insuper trecentas Concubinas addidisset: ut earum nonnullis morem gereret, spreto veri numinis cultu, ad idololatriam, plus libidini, quam Deo tribuens, transiit. Ea propter creptum est filio ejus Roboamo regnum decem tribuum, & datum Hieroboam servo suo. 3. Reg. 11. & 12.

ACHAB Rex Israelitarum, Illecebri Jezabelis uxoris, Sidoniorum Regis F. Baal adoravit, & proposuit ei aram in templo, quod ædificavit Samariæ, & plantavit lucum. 3. Reg. c. 16.

OCHOZIAS Judæorum Rex, Athalia matris, Achab Regis filii, suasi, idola coluit, & cum Joram Achab F. Israelitarum Rege contra Hazaëlem Syriæ Regem profectus, Joram in acie vulneratum videns, à Jehu necatus fuit. 2. Paral. 22.

OSIRIDIS pudenda evulsa cum nullus ex cædis concisus penes se esse vellet, in Nilum fuere projecta. Ab Iside postea non minori honore, quam reliquæ partes, fuerunt sepulchra condita. Quapropter Græci cum Orgia, sacraque Bacchi ex Ægypto transfussissent, huic quoque portioni honores impenderunt, eam in sacris, ac ceremoniis Phallon appellantes. Diodor. lib. 1. c. 2.

Astrologi.

Ex Astrologia sinu profussisse superstitionem omnium vanitates, locupletissimus auctor Varro testatur. Cælius. lib. 9. cap. 20. A. L.

Hæretici.

Ex Tit. Hæreticorum hæc plexaque. EUSTATHIUS Macedoniam hæreticus sub Constantino superstitiones multas, & absurdas, & alienas à legibus Ecclesiasticis observationes introduxit, nuptias damnavit: & in adibus eorum, qui honeste vitam matrimonio conjuncti viverent, preces dicere detrexit. Sed & presbyteros conjuges tanquam pollutos præ se contempit. Dominicis diebus jejunavit, Ecclesiasticos cæcus in domos ubicunque velle coegit: Hæc ad concessit, ut qui Ecclesiam averterant, domi communicarent. Divites in universum à regno Dei exclusos pronuntiavit. Carnibus vescendum damnavit, vestitum proprium mutavit: cumque habitu philosophico ipse uteretur, etiam sectatorum suos peregrino cultu uti iussit. Nuptias etiam, veluti Montanus, solvit: & effecit, ut maritos suos mulieres ultro relinquere postea autem cum se continere minus possent, in adulteriis, & fornicationibus peccatum incidere. Quin & hoc mulieribus quibusdam prætextu religionis perfecit, ut capita tonderent, ac more virorum vestitæ incederent. Quorum omnium gratia, Synodus vicinorum Episcoporum Gangris Metropoli Paphlagonum congregata, Eustathium deposuit, & dogma, atque observationes ejus anathemate damnavit. Cum quidem & Episcopus Cæsariensis antea eum deposuisset, quod contra leges Ecclesiasticas stolum in decentem gestasset. Sunt tamen, qui non Eustathium ipsum, sed discipulos suos tales observationes tradidisse affirmant. Soer. lib. 2. cap. 43. Sox. lib. 3. cap. 14.

Pastores

IN AZANEA Phrygiæ (cujus mentionem facit Strabo lib. Geographia. 12.) cum frequentes essent villæ rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fame, collecti pastores rem divinam fecerunt, fertilitatem à Diis petentes. Cæterum cum Diis non audirent illorum vota, perduraretque agrorum sterilitas, Euphorbus è pastoribus quidam novum sacrificii genus excogitavit: Immolavit enim aspidem, quæ sit, quod Phrygum lingua sonat, vulpem, & echinum. Hac hostia placatis Diis, agri fertaces esse cepere. Quod ubi finitimis pastoribus esset cognitum, Euphorbo sacerdotium, & imperium detulerunt. Erasmus in Stephano.

QUOMODO.

Ex loco Astutia, in Religione sua propaganda, contraria impugnanda, hæc multa transferri poterunt.

Scripsi.

SOPHOCLES in tragœdia quadam sua de mysteriis Eleusiniis ita scribit:

ὄς πρῶτον βίωσι γὰρ ἄνθρωποι, οὐ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν πλὴν μολῶν ἢ ἀπὸ πῶτος γὰρ μίσην καὶ τὴν ἑστὶν οὐκ ἔδωκεν τὰντ' ἰσθ' ἰσθ'.

Quibus versibus multos vana superstitione implet, tanquam initis horum sacrorum, quamvis sceleratissimi essent, sanctiores, Disque gratiores effici possent. R. edius Diogenes, cum simile quid audivisset, Meliore ergo conditione erit Patacion sur, quia initiatus est, quam Epaminondas Thebanus, vir cætera optimus, nisi quod non est mysteriis istis imbutus. Plut. in lib. de Audientia Poetis.

Ingens beneficium M. VARRO jactat præstare se civibus suis, qui illos doceat, non solum Deos, quos coli oporteat à Romanis, verum etiam qui ad quemque pertineat. Quomodo nihil prodest, inquit, hominis alicujus medici nomen, formamque nosse, & quod sit medicus ignorare: ita nihil prodest scire, Deum esse Æsculapium, si nescias eum valentidini opulari, atque ita ignores, cur id debes supplicare. Hoc etiam affirmat alia similitudine, dicens: Non modò bene vivere, sed vivere omnino neminem posse, si ignoret, quisnam sit faber, quis pictor, quis tector, à quo quis utensile petere possit, quem ad uitorem assumere, quem ducem, quem Doctorem. Eo modo nulli dubium esse asserens, ut esse utilem cognitionem Deorum, si sciat, quem quisque Deus vim, & facultatem, aut potestatem cuiusque rei habeat. Ex eo enim poterimus, inquit, scire, quem cuiusque rei causam Deum advocare, atque invocare debeamus; ne faciamus, ut admi solent, & optemus à Libero aquam, à Lymphis vinum. D. Aug. in lib. 4. de Civ. Dei. c. 22.

Exemplis.

CADMUS senex, spectatoribus ostendens cadaver Panthei nepotis miserè discepti, apud Eurip. in Bæceis, inquit: ἰδὲ δ' ἐν ἑσθ' ἀμύμονος ἀνεργασίᾳ, εἰς αὐτὸν ἀφ' ἑσθ' ἀμύμονος, ἠγῶναι θεοῦ. Sicut, qui Deos contemnit, ad hujus respiciens mortem existimet esse Deos.

Beatitudinis spe.

In Perfidis regno tyrannus quidam ALAODIM, Senex de montanis dictus, Muletam regionem occupavit, & multos fideios (quos vulgo A. Stassinus dixerit) sibi adjunxit, eosque ad maxima facinora patranda obedientissimos reddidit, tali astu. In valle quadam amœnissima, & præruptis cincta montibus, paradisum omni deliciarum genere (qualem impius Mahumetes suis sectatoribus proposuit) intruxit, in faucibus, per quas solas patebat aditus, arcem extruxit munitissimam, ne cui accedendi potestas esset, præterquam concisus. Affirmabat interim, claves se Mahumetici paradisi habere, & cum libitum esset, potione soporifica quibus vellet clam oblata dormientes in eum locum descendere curabat. Experrecti cum omnibus delicias affatim fruerentur, reverà se in paradiso esse credidit. At præstigiator ille captata opportunitate, medicato poculo sopitos traxit extra paradisum efferrebat. Cæm evigilasset, summo micore voluptates, quas percerant, secum repetebant, & earum desiderio mortem exoptabant, vitam floccipendebant, & ad omnia, quæ tyranno placere, patranda se se paratissimos offerebant, de paradisi gaudiis, si principi obdormerent, securissimis. Itaque Christianis contra Sultanos bellum gerentibus, multa intulere mala, nec paucos Christianorum principum invidis circumcensentes truxit. L. B. Theat. vit. Human. Tom. V. 11.

cidæ vere, de salute sua minime curiosi, modo hostibus damnum inferrent. Hac demum arte multas gentes sibi tributarias fecit tyrannus iste, cum A. Stassinorum insaniæ religio nemo restituisse posset. Cæterum ann. Salut. humanæ MCLXXII. Allau Rex Tartarorum senem hunc in paradiso trienniali obfatione cinctum, inopia alimentorum, dedicationem facere coegit, locum abolevit, affleas omnes interemert. Mar. Paulus Venetus lib. 1. cap. 28. Orient. bist. or.

Amis.

APUD HERODOTUM legitur, in summa Babylonis turri fuisse templum dicatum Belo Regi A. Syriæ, & Chaldae capissent instituerit: procedente ipsorum imperio ad omnes A. Sianos, bonamque partem Africa, sacrificia quoque, & superstitiones ipsorum invaluerunt per imperium totum, quod fuit amplissimum (capiebat enim cxxxvii. præfecturas, & in his Ægyptum duplo ampliore, quam sit regnum Gallia) & paulatim in Græciam transfugerunt. Ideoque Deus per Isaiam abominatur Babylonem, quod sortilegia, & superstitiones suas populis transfuserit. Et Porphy. ad Boethium scribens, in Theodoret. lib. de Curat. Græcorum affectionum, & Jamblibus, consentiunt, omnes antiquas superstitiones à Chaldaeis manavisse.

MAHOMETUS legem suam non disputando, sed pugando confirmandam, & propagandam esse docet in Alcorano, Ut quam Christo contrarius est Diabolus, tam quoque diversis armis utatur, ille spiritus, atque pacis, hic gladii, & armorum.

ARABES rebus novis studentes, MAHOMETUM Ducem designarunt. Heraclius Imp. per suos legatos exercitum ejus sibi adjunxit, & stipendia promisit, ac e. Perfideiens Constantinopolim aliquot millia secum duxit. Cum autem stipendium postulerent, & præfectus diceret: Vix habemus, quos possimus Romano, & Græco militi dare, cur hæc canum turba tantopere stipendia flagitat, indignè id ferentes Saraceni in Syriam recessere, & collecto exercitu Damascum occupaverunt. Plat. in Honor. dicit, edicium Heraclii de baptizandis Judæis Saracenos ad rebellionem inflammasse. Deinde cum reliquis Arabibus, qui domi manserant, conjuncti, Phœniciam, Palestinam, & Syriam, & omnem regionem ab Ægypto usque ad Euphratem subegerunt. In Persiam etiam, qui paulo ante sequebantur, irruentes, Hormisdâ Rege interempto, non prius finem fecere omnia desolandi, quam Saraceno rum legem, & imperium susceperint: anno Heraclii xxxix. P. Dicit. lib. 18. rer. Roman. Dom. DCXL.

AIDARIS, Harduellis cognomento, regulus Persarum non ignobilis, contentia, & fortitudine in eam venit existimationem, ut A. Simbejus Ustumacassanes eum sibi in generum addeverit, tradita ei in uxorem Martha, quam ex Despœna Calojoannis Trapezuntiorum Regis F. Christiana susceperat: præsertim, cum vulgata nova religione, immutatisque præcæ legis Mahumetanae mysteriis apud Taurisium urbem (Ptolemao Terna dicitur) innumeram sectatorum turbam coegisset, quibus armatis facillè regno positurus videretur. Dogma erat, neminem Mahumetanorum cœlestia regna petiturum, nisi repudiata Homaris interpretatione, quam Turci ad id tempus sequantur, Halys alterius ex Mahometis discipuli placita amplecterentur. Jaccopus mortuo patre rerum potitus, Harduelllem clam interfecit. Hysmael Harduellis F. etiamnum puer ad Pyrehalum regulum prope Caprium mare fuga elapsus latitavit. Interea Techellis Harduellis discipulus in Antitaurio monte speluncas incoluit, Rubra saxa dictas, eremiticamque egit: mox à superstitioso populo circumduci, & pro vero propheta adorari cepit, justique, ut sectatorum turbinatum capitis regumentum linea in spiras circumdante fascia pro signi novæ religionis rubro colore distinguerent, & ab hoc rubro pileorum colore Cuselbasæ toto Oriente vocarentur, cum Hircani à viridi regimento Bæcepas dicerent. Hysmael Techellis præcepta, Harduellis patris vestigia secutus, quamprimum adolevit, virtutis, & religionis nomine incredibilem sibi apud Persas auctoritatem comparavit, ita ut Sophus, hoc est, Interpret, sapiensque cognominaretur. A vunculo Jaccupo venicæ uxoris fraude sublatò, à Pyrethale regulo sumptis auxiliis, ingressus Armeniam, fama magis, atque hominum benevolentia, quam viribus paternam ditionem vindicavit. A dauctis inde copiis ex Harduellis dogmatum sectatoribus Sumachiam Mediae urbem cepit, & diripuit. Hinc Persarum imperium animo volvens, ad Taurisium Persarum regiam Dd majoris

majoris Armeniz urbem contendit, sub annum Sal. 1499. quo etiam Novus orbis ab Hispanis inventus, novam religionem fuscipere coactus est, & non multo post in Europa Martinus Lutherus contra Pontificem scriptis magno successu depugnat cepit. Itaque occulta fiderum vi religiones mutari Jovius credit. Quod si verum est, nil prohibebit, quin Christi Opt. Max. religio aliquando penitus intereat. Quod tamen vel cogitare, nedum asserere, plane impium est. Adventante Hyfmaele, Alvantes Jacuppi F. bello civili cum Moratchamo fratre attritus, urbe profugit. Hyfmael à Taurifis excipitur, Alvantem Scyris extrema regni urbe copias colligentem invadit, & obtruncat: Scyris potius exercitum dicit, Sapham (quæ vetus Sufa est) & Sulthaniam (quam Tigranocertam fuisse putant) in fidem accepit. Hinc Mesopotamiam occupat, fugato Moratchamo, omnibusque religionem professis pacem dat, maximamque Orientis partem armis pervagatus, ab Armenia in Mediam transcendit, castella, & urbes expugnat: Albanis, Hyberis, & Scythis tributum Persis perfolvere differentibus bellum infert, interea Techelles ad Antitauri radices, apud Tasciam urbem sex millia armavit religionis nomine dura omnia perpetuos. E Cappadocia in Lycaniam belli terrorem circumtulit, extrema omnia iis, qui B veram religionem fuscipere detreclarent, mimitans. Ab Hyfmaele equitatu, & veteranis ducibus auctus, Orcanem, & Mahometum Bajazetum Turcarum Imp. P. ad Iconium, Caragium Bassam in Byrhinia ad Sangarium fl. superavit: Cuthem urbem opulentiss. minoris Aliz umbilicum, sedem Belleberchi, five magistri equitum Anatoliz, diripuit: Belleberchum cepit. Majore exercitu sequentem Halybassam in Galatia interfecit: sed plurimis suorum amissis, ad Antitaurum redire coactus. Ibi à Junusbassa obfessus, noctu per adversos montes in minorem Armeniam effugit. Junusbassa per omnes Asia minori urbes intentissima conquisitione habita, quos Persicæ religionis cultores invenisset, omnibus tormentis exercitatus interfecit: his verò, qui arma non tractant, attingente frontem inuist, & in Europam transtulit. Hinc cum Selymus sub lato patre Bajazete rerum potitus, fratris interfecit, nepotes quoque persequeretur, Amurates patrii crudelitatem fugiens, ad Sophum confugit. Eum Sophum cum exercitu Cappadociam invadere jussit. Selymus contra movens, cum Cl. armatorum millibus, centum Perlarum equitatu ad xxx. millia, sed pediatu destruitur, in campis Calderanis adeptus, ad Choim urbem (quæ vetus est Artaxata) anno Sal. 1514. cruenta potitus victoria, xxx. millibus suorum amissis, Taurifium Regiam perlarum occupavit. At mox ubi reparatis viribus adventantem Hyfmaelem comperit, decimo post in Cappadociam recessit. Et hæc Perlarum, & Turcorum religionis nomine suscepta certamina, his Haumarem, illis Halym Alcorani interpretes sectantibus, Jovius lib. 13. & 14. Hist.

CUR.

Legum digestio caput est, ac summa, opinio de Diis: qua etiam LYCURGUS Lacedæmonios, Numa Romanos, Athenienses Ion ille præfens, Græcos prope omnes Deucalion ad religionem converterunt: & precibus, juramentis, vaticiniis, Deorum responsis inflammatos, ad Deos colendos per spem, & metum traduxere. Invenias, si videris, urbes moeniis nudas, illiteratas, à dominatu liberæ regio, & gymnopes, pecunia non defiderantes, theatrorum, & gymnasium insolentes, sed delubris orbas, nec ulla Deorum regione tactas, votis non utentes, nec juramentis, nec vaticiniis, nec sacrificiis, ob res lætas, vel procurandorum gratia malorum: nemo est neque erit, qui comprehensus sit. Immo citius videtur mihi civitas sine solo, quam Respubl. opinione ex toto de Diis sub lata, constitui, vel durate posse consistant. *Plur. contra Coloten.*

HEROBAON Salomonis servus, à decem tribubus Israclitarum in Regem electus: ut regnum confirmaret, duos vitulos aureos exivit, sacerdotas ex plebe fecit, non ex tribu Levi. *Plur. Tit. Aflus in regno, & imperio stabiliendo. Ex 3. Reg. 12.*

NUMAM Pompilium memoria proditum est, cum Romanæ juvenentis bellicosos, ac æque spiritus incusso Deorum metu retundere cuperet: omnium primum Fidei templum constituisse, illamque Romanis, *Plur. a quo auctore, maximum esse jurjurandum, demonstret.*

DISCIPULI SUPERSTITIOSIS.

CUJUS. INITIATI SACRIS

Ægyptios.

Initiatis sacris Lysidis fores adis aperire, arcanosque libros evolere, aqua ablui, ad sacra deduci, duodecimque stolis primo, mox ipfius Deæ picta veste indui decebat, *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 28.*

Persicis.

IPHICRATES Calliam *μειραρχία* id est *ἀρχή* appellabat. Significans illum non fuisse initiatum sacris, sed tamen velle videri. Michras apud Perfas sol dicitur, quem illi Deorum summum judicant. Unde Mithragræthe dici videntur, qui obambulant cum simulatis mysteriis, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum, & olim fuisse declarat Apulejus asinus, non dissimiles iis, qui divorum reliquias ad quæritum circumferunt potius, quàm ad pietatem. *Erasm. in Adag.*

Cabyrorum.

De Cabyrorum narratur Teletis: iis si quis fuisset initiatus quantalibet mare occupasset hyems, evadere. Quod de ULYSSE proditum memorat est. Hæc item ratione dissidentibus ad Trojam Græcis, & Agamemnonem facile seditionem consospicere, cum in ventris ambitu porphyrida haberet, id est, purpuream tæniam, quam eo loci iis imbutos sacris habere moris erat. *Cal. lib. 16. cap. 20. A. L. Eleusiniis.*

Tanti Eleusinia sacra exultimabantur, ut illis initiari HERCULES præoptaverit. Quam rem tamen minime est assecutus, ut ait *Pausan.* Id enim Eumolpi legibus prohibebatur: nam initiari tantum indigenis licebat. Atque ea de causa Eleusinia minor instituta fuere in Herculis gratiam, quo scilicet illi initiaretur: diversis ritibus, diverso tempore: Eumolpus quidem, non ille Thrax celebratissimus, ut scribit Hister, sed alius, Herculem sacris initiavit, qui à Lycophrone *Μέγαν* vocatus est. Magna Ceteris fuerunt, parva verò Proserpinæ, quæ ille *ἀνομήσι* *πρόσειδωρα* *ἢ* *πρόσειρα* ait esse *ὄνει* *μυθία*, id est, purgationem, vel ut sanctificationem ad magna. Ex tunica quidem quam initiationis die induerat novam, & perquam mundam, nunquam exuebat, quoad tantum lacera gestari amplius nequiret. Sunt, qui existimant ad fascias filiorum infansum servati consueffe. *Clem. Alexandrin. in exort. cat. Ev. lib. 2. p. 1. cap. 5. Ev. lib. 2. p. 1. cap. 5.*

HIPPOCRATES medicus Eleusiniis sacris secundus ab Hercule initiatus vitæ Atheniensibus. *Plin. lib. 7. c. 37. Serap. Cous in ejus vita.*

QUOMODO. INDUCTI ad superstitionem Legislatione.

Sub NUMA rege sacris, civilibusque institutis civitate instruita, tantum rerum, animorumque facta est mutatio, ut pristinus ille vigor martius, quem nudus populus Rom. sub Romulo imberberat in religionem, & justitiam verus, multo ab ea, quæ ab initio præcepta fuerat, diversam vitæ inveniit rationem. Omnis de pietate, & religione erat sermo, duplex omnino hominum animis hærebat cultus: sacrorum hic ille agrorum, quos certis finibus, ut melius omnia civibus constarent, Rex terminavit: Terminozæ, & ara positæ, qui pacis esset, & injustitiæ arbiter. Talis rerum status non solum ad mores valuit, sed ad tutelam etiam civitatis. Finitimi, qui non urbem, sed castra in medio H posita ad sollicitandam propinquarum gentium pacem ab initio arbitrabantur, ob idque Romanum nomen insensè odebant in eam deducti sunt verendum, ut sacrificulam urbem, non aliter, quàm templum quoddam violare nefas existimarent. *Sab. lib. 3. Enn. 2. Deceverunt quintem, ut singulis quibusque annis sex Patriciorum filii ad Hetrulos sacrorum petros mitterentur, qui imbuti disciplina in patriam redeuntes, Diis suis ritè facta exhiberent. Plin. lib. 1. de Optimo civit. Cic. lib. de divin. & Val. Max. lib. 1. c. 1.*

Similia interpretatione.

DIODORUS scribit in galcis, & insignibus principes viros alios aliorum animalium formis uti solitos, velut Anubim canem, & Mæcedonem lupo: unde veneratio illis animabus apud Ægyptios nata. Hinc principes vita functos corundem animalium, quæ ipsis placuerant, nominibus nuncupare, & imaginibus venerari, instituerunt. Ergo sub animalium larva eorum animæ, qui illa viventes consecraverant, & augusta, ple-

naque veneratione effecerant, colebantur, suis galcis, clypeis, insignibusque ac addentes: unde visum est rudi populo non parvam victoriæ partem iis ipsis acceptam esse referenda: ita in Deorum numerum sunt relata. *L. Vives in lib. 18. Aug. de Civ. Dei cap. 26.*

Conversatio, Convictu.

ÆGYPTII bovem, quem Apim vocabant; adoraverunt, eò quod videatur animalium omnium, quæ in orbe terrarum degunt, esse utilissimum. Quam opinionem ut confirmaret Satanas, aliquando specie bovum apparuit, coque mortuo lamentationes fiebant maximè. Atque hæc Apidis superstitione ad Æthiopicarum animos inceserat, ut ad figurandum Deum, qui eduxerat ipsos de terra Ægypti, vitulum fuscilum consecravit. *Bodin. lib. 2. Dæmon. cap. 3.*

OCHOZIAS Joram filius, Judzorum Rex, ambulavit in viis domus Achab, & fecit, quod malum est coram Domino: gener enim domus Achab fuit. *4. Reg. 8. & 2. Paral. 22. Morbo.*

PEGASUS quidam ex oppido Bæriz mysteria detulit Athenas, unà cum Liberi patris signo. Quod Populus cum segnis accepisset, eius contemptum pœnas dedit. Corruptæ namque sunt morbo pudoris partes. Multis ergo frustra tentatis remediis, esse oraculo *παῖδας* hoc est, pericias, atque in eorum fastigio coriaceum genitale, tum publicè, tum privatis in ædibus exerebant. *Scrial. lib. 3. Pœt. cap. 10. Meta mortis.*

ALEXANDER M. postquam Babylonem venit, obfensus quibusdam motis indiciis terribus, Diis diffidere, amicos habere suspectos cepit: tanquam superstitione obfuscatus est, rumultuante, & trepidante animo præditus, ut nulla res insolita, & aliena tam oblata exigua fit, quam non verteret in prodigium, & ostentum: sacrificantium denique, expiantium, & vaticinantium erat regia referta. Adeo res est horrenda superstitione, quæ aqua modo vergit ad demissa. *Plur. in Sympos. tradit, Tyrrenos Pythagoræ philosophi decretis usque adeo fuisse addictos, ut etiam ea, quæ ille symbolis illis præcepit, ridicula superstitione soliti sint observare. Eras. in Adag.*

CONSERVATIO, DEFENSIO SUPERSTITIOSIS.

CONNIBENSES Tentitæ Ægyptii, dum suos utrique Deos pertinacius tuentur, non solum se mutuo oderunt, sed Deos ipsos, qui ab hostibus colerentur: festinate inter se pugna congressi, ne à profani quidem sanguinis lamtu, & usque hostilium carnium abstinerent. *Sab. lib. 5. cap. 1.*

Anno 404. RADAGAISUS Scythia, cum Alaricum victum fœdere se cum Romanis junxisset, ac propterea ab inferendis armis abhorre, tanquam summè ab eis honoratum, videret: populos, ut inquit Zosimus, Transilvianos, & Transrhenanos, veteres Romanorum hostes, ad arma adversus eos capiendos convocavit, ad ducenta millia: alii quadraginta habent. Erat Radagaisus excolto idolorum cultui deditus: itaque sacra Deis quotidie faciebat, & ritu gentium immolabat. Cum autem secundissimo cursu, Siciliam nuspiam occurrente, Romanem tunc ullo impedimento procederet, uris novo tumultu, & trepidatione repleta esset: & quod raro antè accidisset, de sua salute laborare inciperet: pagani, qui adhuc multi in urbe, & erant in Italia, sacris Christianis nondum acceptis, erant; erecti animo, palam in sermone iactare, merito hæc ea secunda evenire, quòd Deos propitios haberet, quos ruti Gemillio coleret: Christiani vero pietatem, quæ Deum solum habere infestum, maledictis incescere, ac civitatem Romanam idcirco destitutam asserere, quia Deos, & sacra deseruissent: profectò si præfæcæmonia repantur, sinem his malis, ac periculis fore. Quod inter cæteros *D. Aug. lib. de Civ. Dei. 5. scriptum reliquit. Dum Florentiam obsidet, Siciliam in saltibus Apennini, ubi copiam explicandæ aciei non habebat, inclusus, uno die ad c. millia suorum amittit. In colle inde Fasalarum obfessus, in fuga captus cum filiis, & obtruncatus est. Sigon. lib. 10. Imp. occid.*

REGNERUS Danorum Rex Haraldum tyrannum profligavit. Is cum Mogunt. Ludov. Pii Imp. auxilium impetrasset, Christi religionem suscipisset, idola omnia demolitus est. Caterum Regnerus eo demò victo idololatram restituit: nec multo post ab Hella Britanno captus, terribentibus vivis objectus perit. *Saxo lib. 9.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Rhuteni seu Moscovitæ concionatoribus carent: satis enim esse putant sacris interfuisse, ac Evangelii, Epistoliarumque verba, quæ vernaculæ lingua recitat sacrificios audivisse. Concionari in suis Ecclesiis obtinatissimè prohibent: dicunt enim se hoc modo varias hæreses, & diversas de fide opinionis effugere, quæ ex concionibus, & subtilibus argumentis sophisticis quæstionibus oriantur. *Guagnin. in de script. Moscovitæ.*

Superstitionem subditorum alunt imperio suo Principes Moscorum: dum ad nullas exterarum Nationes, nisi si quos in legatione, atque ita quidem mittant, ut singulis Legatis singulos custodes ponant, nec cuiquam remoto custode cum aliquo colloqui liceat, quenquam commere: aut exteros etiam promiscuè commercia, cum suis agitare patiuntur. Ita fit, & quasi perpetuis ignorationis tenebris oppressi, aliarum gentium humanitate non perceptæ, omnino libertatis dulcedine, præsentia melioribus cognita dubiis anteponant. *Reinold. Heidenst. lib. 1. belli Moscovit.*

SUPERSTITIOSA RELIGIONIS OCCULTATIO.

Eleusina Cereris templum apud Eleusin Atticam urbem fuit. Hinc Virgilius Eleusinam matrem vocavit, Cererem: Mytheria, quæ ibi celebrabantur, somno se monium, ne explicaret, Pausanias asseruit. Adeo autem arcana faceret, ut vulgò proverbium iactaretur in seceretos, & tacitos, *ἀρκαῖα μὴ λέγουσιν*: A silentio isto sacrorum dicta sunt Græcè mysteria, ab occultando ore, id est, *μυστα* *ὀ* *εὐμ* licet aliter Phurnutus putet. Eadem Latinis Seclusa sacra dicebantur, ut docet Festus. Initiationes vocat Cicero, Livius, alique. *Livius. Greg. Cypri. lib. 14. Hist. Deor. gent.* Ad ea certè non patebat aditus nisi initiatis, præcoque abesse profanos jubebat, atque hinc sumptis Virg. versiculum illum: Procul este profani, auctor est Servius: & Alcibiadi tantum negotium faceffitum, quod profanus interfuisse sacris Cereris diceretur. Primus, qui hæc sacra evulgavit, fuit Numentius philosophus, quem serunt paulò post vidisse per quærem deas Eleusinas habitu meretricio, quæ se adyto pudicitia sua per illum extraxtas quererentur, vulgoque prostitutas. Quod profectò judicium est, meretricia illis contineri. Nam si honesta, & sancta, nunquam eas pudiffet vulgari. Obliquè hæc perstringit Socrates, ut alia permulta apud Platonem, cum jubet turpia, fœdæque à Diis commissa sacra secretissimis occultari: & qui minatur, se Iridis, quæ eadem est Ceres, sacra condita aditorem: iis minis cogit lidem ipsam, quæ ius jubet facere. *L. Vives in lib. 7. Aug. de Civ. Dei. cap. 20.*

Dices conditorium Thebanis nisi iis, qui præfetti equitum fuerunt, est ignotum. Nam qui deponit hunc magistratum, hic successorem solum solum duens nocte, id ei monstrat, operisque certis citra ignem sacris, quorum confundunt, & delene notas, sub noctem diversi recipiunt se. *Plur. de Soc. dem.*

ROMANI Deos urbium præfides evocabant in urbium obsidionibus. Eaque propter nomina Deorum tutelarium sacrosancto silentio olim premebantur, ne hostibus innotescerent.

TERENTIUS quidam cum haberet ad Janiculum fundum, & bubulcus ejus juxta sepulchrum Numæ Pompilii traherent araturum, eruffet ex terra libros ejus, ubi sacrorum institutorum scripturæ erant causæ in urbem pertulit ad prætorum Q. Partium. At ille cum insperasset principia, rem tantam detulit ad senatū. Ubi cum primores quosdam causas legissent, cur quid, H que in sacris fuerit institutum. Numæ mortuo senatus assensus est, eosque libros tanquam religiosos Patres conscripti, prætor ut combureret, censuerunt. Historia est apud Livium, & Valerium, & Plinium, & Lactantium. Livius, & hunc ut aliolet, fecutus Valerius, L. Partium dicunt invenisse libros: Plinius Cassii Hemina auctoritate Cn. Terentium: & unam arcam, non duas. Livius consulens eo anno scribit C. Bebius Pamphilius, & M. Æmilius Lepidum. Hemina pro hoc P. Cornelium Cethegum habet, & hos anno post Numæ regnum 535. De libris opiniones multorum scire qui cupit, Plinium adeat l. 13. c. 13. Alii petiisse prætorum legendos ajunt, alii scribunt sua pte sponte tulisse. Historia est l. 40. Livii & apud *Plin. & Val. lib. 1.* In urbem pertulisse ait, tamen si Numæ sepulchrum in urbe erat, nempe regione 14. in Janiculo: sed quod ea Transiberina erat, qui ad forum, & curiam veniebant in urbem, rure videbantur venire. Sacrorum itaque causæ à rege Pompilio Romana omnia sacrorum institutore conscriptæ, nec populo, nec senatui, nec saltem ipsis sacerdotibus innotescere debueret, ipseque Numæ Pompilius curiositate illicita ad ea demonum pervenit secreta, *Dd 2*

quæ ipse cum rex esset, qui minime quemquam metueret, nec A docere aliqueum, nec delendo, nec quoquo modo consumendo perdere audebat. Ita cum scire neminem velle, ne homines nefaria doceret: violare autem timere, ne daemones iratos haberet: obrui, ubi tutum putavit, sepulchro propinquare aratum posse non credens. Senatus autem, cum religiones formidare damnare majorum, & ideò Numæ assentire cogere, illos tamen libros tam perniciosos esse iudicavit, ut nec obrui rursus juberet, ne humana curiositas multo vehementius rem jam proditam quæretet, sed flammis aboleri nefanda monumenta: ut qui jam necesse existimabant facta illa facere tolerabilius erraretur, causis eorum ignoratis, quàm cognitis civitas turbaretur. *L. Vives in Aug. lib. 7. de Civ. Dei, cap. 34. ex Varr. de Cultu Deorum.*

OBSERVATIO RELIGIONIS
SUPERSTITIOSA.

D. Bern. ser. 3. de Circumf. de spirituali circumfione, per quam homo regeneratur, loquens, octo dierum mysticum octo virtutibus adaptat: & septem reliquis enarratis tandem addit: Illis verò, qui ad summam devotionis gratiam perveniunt, unum videtur restare periculum omnino timentum cis à daemone meridiano. Ipse enim fatanas transfiguratur se in angelum lucis: Hoc ergo timentum est, qui summa delectatione omnia facit: ne dum sequitur affectionem, corpus destruat per immoderatam exercitationem, ac deinde necesse habeat, non sine magno spiritualis exercitii detrimento, circa debilitati curam corporis occupari. Ergo ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est. Lamine discretionis, quæ mater virtutum est, & consummatio perfectionis. Hæc nimium docet, ne quid nimis: atque hæc est octava dies, in qua circumciditur puer: quia discretio verè circumcidit, ut non plus, nec minus fiat.

ROMANUS SENATUS adeo semper magni religionem fecit, ut (quemadmodum M. Vatro ad Cn. Pompejum scribit in libro, ubi ratio, loculusque habendi Senatus ostenditur) quotiescumque senatum magistratus coegisset, id ipsum quod primò proponebatur, ad religionem pertinere: nullaque, quamquam gravior causa, vel quæ celeritatem requireret, hunc morem antevertebat: ut publicorum consiliorum, quemadmodum etiam altarum rerum, divino cultui primæ partes darentur. *Fulg. lib. 1. cap. 1.*

A GALLIS urbe Rom. capta, postquam eam restituti placuit, non etiam ad Vejos transmigrare: Tribuni militum Consulari potestate cum primùm magistratum iniissent, nulla de re prius, quàm de religionibus Senatui consulerunt, in primis fœdera, ac leges (erant autem hæ, duodecim Tabulæ, & quadam Regiæ leges) requirit, quæ comparant, placuit: alia ex eis edita etiam in vulgus: sed quæ ad sacra pertinebant, ea decreto Senatus, & à Pontificibus maxime, ut religio obstrictis haberent multitudinis animos, suppressa sunt. *Liv. Dec. 1. lib. 6.*

Cochinensibus Indis in more est positum, ut si Rex aliquis religione tactus de regni administratione abdicat, ut in templo aliquo ab humanis tumultibus secreto vitam in religione consumat: post illius mortem, sororis filius, qui ei in regno more gentis succedit, cogatur regni procuratorem relinquere, & in idem templum gratia religionis immigrare: ut quemadmodum in regno avunculi successor exitit, ita religionis etiam hereditatem quamvis invitatus adeat. Is deinde, ad quem regni hereditas legibus venit, regnum occupat. *Of. lib. 7. c. 6. Eon.*

Admiranda est Moscorum fides erga Principes, quos licet crudelissimos tyrannos summa constantia patiuntur: cuius causa duplex religionis opinio. Nam & omnes, qui in religione ab iis dissentiant, etiam eos, qui Romanæ Ecclesiæ ritu utuntur, Barbarorum loco habent, ac tanquam pestem aliquam delectant. Ex qua existimatione illud profectum est, ut Princeps quoties externos legatos audit, in pelvi aquam admotam habeat, qua manus, quasi illorum contagio pollutas, subito abluit. Et si hæc religionis instituta eandem, quam Deo, Principi suo fidem se debere edocet, non minus vel constantiam eorum laudant, vel relicti corporibus animo in coelum protinus evolare, ac celesti beatitudine frui prædicant, qui fidem erga Principem suum ad extremum usque spiritum retinuerint, quam qui ex discipulis Servatoris nostri in singulari erga illum pietate, atque fide ad mortem usque perstitissent. *Reinold. Heidenf. lib. 1. bell. Moscov.*

SUPERSTITIOSA CONFESSIO

FACTA

ORE.

Huc omnes ii, qui superstitionem publicè, privatimque verbis expresse.

MORTE.

Sub VESPASIANO Imp. in Ægypto pueri, & adulti Judæorum per varios cruciatus necati sunt à Lupo Alexandrie præide, quod ut Cæsarem Dominum, aut quemquam alium præter Deum profiterentur, neque hortationibus ullis, neque minis compelli potuerunt. *Sab. lib. 3. Eon. 7.*

SUPERSTITIOSA ALIENÆ, DEORUM
PEREGRINORUM INSECTATIO, ODIUM,
Everio superstitiosa.

Ægyptii SATURNUM, & Serapim non prius coluerunt, quàm Ptolemæorum tyrannide fuerunt oppressi: ita tamen imperio illorum paruerunt, ut religionis suæ mores confundere: Itaq; cum peccudibus, aut sanguine Deos placare, piaculum esse dicerent, sed precibus, & thure solo: Saturno autem & Serapidi Diis advenis hostiæ peccudum, atque etiam humanæ mactandæ essent: sana eorum extra pomerium locaverunt, ut illi sacrificii solenni sibi cruore colerentur, nec tamen urbana templa peccudum morte polluerentur. Nullum itaque Ægypti oppidum intra muros suos aut Saturni, aut Serapis sanum recepit. *Macr. Sat. lib. 5. cap. 7.*

Ægyptii Regibus Persarum infesti, imprimis Ocho, ut nefario, & detestabili, asinum eum cognomine dixerunt (asinum ita exofum habent, ut eundem in quibusdam sacris ritibus præcipiunt.) Qui cum dixisset, quæ asinus hic bovem vestrum devorabit: immolavit, ut est apud Dionem relatum, Apim. *Plut. de Iside, & Osiride.*

SCYTHÆ bacchandi consuetudinem apud Græcos in Dionysii sacris vehementer reprehendunt, & insanorum hominum sacra ista esse ajunt. Quæ cum Sycles Rex, apud Borythenicas clam celebrare deprehensus fuisset, regno, vitæque extitit. *Her. 14.*

CAUNTI, populi Carie, sacra proprio sibi constituerant æterna. Quorum postea periti, cum patris duntaxat videtur utendum Diis, omnis ætatis sumptis armis faceret ad Calyndicos usque montes persequerentur, sustibus cædentes, exclamantique externos se exigere Deos. *Herod. lib. 1.*

XENOPHANES phycus, cum cædentes se in solemnibus, & lamentantes conspiceret Ægyptios, appositè admonuit eos, atque: Hi, inquit, si Diis sumus, ne plaxeritis eos: sin homines, ne feceritis eis sacrum. *Plut. de Superstit.*

Ab Iliensibus HERCULI sacra celebrari vetitum, quo Ilium Hercules olim depopulatus esset, eum propterea odio prosequi perniciosa. Lemni cum Vulcanum colant, quod apud eos enutritus foret: Venerem quod Marti se misisset, vel adulteram adeo contempserunt, ut nemo illi sacrum faceret, Tenedii Achillem, quod Tenedum devastasset, ita insensum habuere, ut supplicio afficerent, si quis restitutum tæpio Achillem nominasset. Caucafii produntur Herculeum summis colle honoribus, quod Prometheus vinculis exolverit: Jovi & Minervæ infensi, atque ut Prometheus satisfaciant, igniferis sagittis aquilas, & illorum nidos incendunt, fœtusque vastant, & depopulantur. *Alex. lib. 2. cap. 14.*

ANAXANDRIDES in Civitatibus, sermonem ad Ægyptios convertens, ut est apud Athen. lib. 7. cap. 17. Haud esse vobiscum quo commisit, Concoribus nec moribus, nec legibus, Per maxima intervalla differentibus. Bovem colis, diis ego mactabo boves. Tu maximam anguillam deum putas, ego Obscuriorum credidi sacrosanctum. Carnes snillas tu carnes, et gaudes His maximè. Canem colis, quem verbero, Edentem ubi deprehendit forte obsonium, Arcentur à vobis procul sales viri. Habere si fœlem mali quid videris, Luges, ego suavissimè decortico. Potest apud vos mus araneus, nil me apud.

Orpheoclestes nuncupati, qui sacris Orphicis apud Lesbios iniciandi auctores erant, quique felicitatem certissimam pollicebantur post obitum. Id cum Philippus quidam Orpheoclestes & ipse, verum summe inops, amplius prædicaret: dixit Leontychidas Spartianus: O fatue, quin statim mores, luctus, & miseriam finem impositurus. *Cel. 1. 15. c. 9. Antiq. Led.*

L. ÆMILIUS PAULUS consul, cum senatus & Idis, & Sapidis fana dirucenda censuisset, eaque nemo officum attingere auderet: posita prætexta securim arripuit, templique ejus foribus infixit. *Valerius lib. 1. cap. 4.*

Harpocratem, Serapidem, & Ilin, PISONÈ, & GABINIO confusillum, cum reliquos in Capitolium admittissent Deos, everis illorum, & Romanis exegere, illoque divinis coli honoribus vetere: Sæpeque eum in senatu fuit de Ægyptiorum, & Judæorum sacris, ceremoniisque urbe pellendis, quod turpium religionum, & novarum superstitionum causa, & seminarium forent. *Alex. lib. 2. cap. 10.*

TIBERIUS CÆSAR Idis sanum, ob consumptam in eo Paulinam matronam nobilissimam à Decio Mundo, fraude facerdotum à Decio munibus corruptorum, dirui, simulacrum in Tiberim demergi curavit. *Ærodius ex Josephi Antiq. lib. 18. cap. 4.*

LUCTATIUS, qui primùm bellum Punicum conficit, à Senatu prohibitus est fortis Fortuna præstante audire, Aufpiciis enim patriis, non alienis Kempub. administrare oportere iudicabat. *Livius lib. 31. Oratius lib. 4. cap. 8. Val. Max. lib. 1. cap. 4.*

AUGUSTUS Cæsar peregrinarum ceremoniarum, sicut veteres, ac receptas reverendissimè coluit, ita cæteras contempnit habit. Namque Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de privilegio facerdotum Atticæ Cereris cognoscere, & quadam secretiora proponerentur: dimisso concilio, & corona circumstantium, solus audit disceptans. At contra non modo in peragranda Ægypto paulo deflectere ad videntem Apin superedit: sed Cajum nepotem, quod Judæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit. *Suetonius.*

Tertull. in Apolog. refert, in Africa infantes in palam Saturno fuisse oblatos, usque ad proconsultum Tiberii, qui facerdotibus ejus religionis in fura suspendit. Druidas Gallorum magos exegit omni Gallia fuscita corum sylva: ipsi in Germaniam trans Rhenum demigrarunt. *Avemnius lib. 2. Annal. Bojorum ex Suetonio.*

TIBERIUS CÆSAR externas ceremonias, Ægyptios, Judæcosque ritus compescuit: coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere, & quod ex ea gente quidam Fulviam matronam nobilem multis perfusionibus in duxerant, ut grande pondus auri, & argenti Hierosolymam dono mitteret ad vasa, & vestes in usum sacrorum: quæ munera fraude intercepta, in prophanum illi usum veterant. *Sabell. lib. 1. Eon. ad 7. ex Suetonio, & Josepho lib. 18. Antiq.*

SUPERSTITIOSI
HOMINES.

Barbarorum nemo ad contemptum deorum unquam exiit: neque in dubium vocant, sine dei, an non sint: currente res humanas, an non. Nemo igitur, neque Indus, neque Celta, neque Ægyptius, cum cogitationem in animum induxit, quam, vel EVERERUS Messenius, vel Dionysius Phryx, vel Hippon, vel Diagoras, vel Sosias, & esse deos, & nostri curam gerere, & præsignificare futura per aves, signa, viscera, & alias quædam observationes, atque doctrinas: quorumque præscientiam homines ex benevolentia deorum habere possint, ea magna ex parte per infomiam, & stollas ajunt significari. Et hæc immota fide tenentes, purè rem divinam faciunt, sanctè vitam agunt, ceremonias certum: orgiorum legem observant, & alia parant: ex quibus certum est, quod deos colant, ac venerentur. *Ælian. de Var. hist. lib. 2.*

ATHENIENSES deorum cultu, studioque religionis longè cæteras omnes civitates olim superarunt. Primi Minervam Egeanem appellarunt: primi multos Mercurios coluerunt: primi bonorum Genio templum dedicarunt. *Pausanias in Atticis.* Ea propter cepit à Lyfandro Athenis, cum de everendis his consularent Spartani, Delphico oraculo consulto, responsum tulere: Commune Græciæ aram ne moveatis. *Ælian. lib. 4. Var. hist.*

VARRO, qui Ethnica numina singulari conquisivit diligentia, supra triginta millia commemoriorum deorum reperisse se, litterarum monumentis tradidit. Hinc etiam titium, & sacrificiorum exegit numerus, quorum sexcenta sexaginta sex genera Ægyptiis in usu fuerunt: Græcis, & Romanis non multo pauciora, quamquam hiab illis deorum numero, & sacrificiis olim superati putantur.

CYRUS rex Persarum, nil unquam privatim, vel publicè egit, quod ad regem pertineret, quin prius diis immortalibus elitaret: comparataque victoria, sacrificando diis gratias ageret: *Xenophon. in Cyri Pædia.*

SELEUCUM regem iustitia, & pietate reges omnes antecessisse ajunt: quippe qui Apollinis colosium Milefisis à Xerxe ademptum, & Ecbatana asportatum, in Branchidas reportandum curavit. Et cum condita Seleucia ad Tigrim fluvium, in eam Babylonios inquilinos deduceret, neque muros Babylonis demolitus est, neque Belsi templum evertit: & Chaldæis, ut proxima templo loca inhabitarent, permisit. *Pausan. in Attic.*

SOLONIS Atheniensis legislatoris pietas ex his claret: *πρωτον μιν ερχομεν δει κρινομεν βασιδιν, δευτερον οτις η παρλη αγαθου και υδου σωστας.*

Primum quidem Jovem, dominumque regemque precamur, ut legibus his prosperum successum, & gloriam largiatur.

NICIAS Nicerati, civis Atheniensis optimus, oppidò expavecebat deos, & superstitionis, ut ait Thucydidæ, erat implicatus. Ut relatum autem in quodam Paphlagonis dialogo est, quotidie sacris operabatur, Aruspicum quoque domi tenens, prætebat perpetuè de re pub. deos consulere: ac quærebatur ferè de rebus privatis suis, maxime de argenti fodinis. Clasi præfectus in Sicilia, cum repente luna defecisset metu perterritus, ad sacrificia sese convertit. Interea Syracusanis inclusus cum exercitu, turpiss. captus, vitæque exutus est. *Plutarchus in Nicia.*

DIOMEDEON, unus ex decem ducibus, quicadem pugna Atheniensibus victoriam, sibi verò damnationem (contra præscriptum enim Senatus pugnasse dicuntur) pepererunt, cum jam ad dirum duceretur supplicium, nil aliud exclamavit, quàm ut vota pro incolumitate exercitus à se nuncupata solverentur. *Val. Max. lib. 1. c. 2.*

Pindarus ode. 6. Pythiorum laudat XENOCRATEM Agrigentinum Pythionem à pietate erga deos, & parentes, imitatione Achillis, cui præceptum dedisset Chiron:

— μάλιστα μιν κρινομεν, βασιδων, σερασαν κεραιων τε πρωτων, δειν σιδανων.

SABINI quasi Sevini, à religione, & cultu deorum didi, *Plin. lib. 3. c. 12.*

GABINI religionis cultodes studiosissimi, cum pro more sacris operarentur, repente hostium incurfu, ut erant incincti zonis, ab aris ad prælium vocati sunt. Cum hostibus igitur manum conferentes, insignem retulere victoriam. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.*

Romæ publicè Febri Fanum in palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Latium ara, & Malæ fortunæ Exquilis. Quamobrem major cœlitum populis etiam, quàm hominum intelligi potest, cum singulis quoque ex semetipsis totidem deos faciant, Junones, Geniosque adoptando sibi. *Plinius lib. 2. cap. 7.*

Nationem esse omnium GALLORUM admodum deditam religionibus, scribit Cæsar. lib. 6. de bello Gall.

De POLONORUM, & Sclavorum idololatria ante susceptum Christianismum *Cromerus lib. 3. differit.*

Matutinis horis ALEXANDER SEVERUS Imp. in larario suo, in quo & divos principes, sed optimos electos, & animos sanctiores, in quibus & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abrahamum, & Orpheam, H & hujusmodi deos habebat, ad majorum effigies rem divinam faciebat. Virgilium autem, Platonem poetarum vocabat, ejusque imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo larario habuit: ubi & Achillis, & magnorum virorum. Alexandrum verò Magnum inter divos, & optimos, in larario majore consecravit. *Lampadius.*

PRUTENI olim habuerunt multos Deos, quos adorabant, cultoque divino prosequerantur: semper tamen inter quæceta holocausta eis offerre solebant: & quot ferè res habebant, tot præfides, & deos constituebant. Deum Vurfchayro, dictum, magno honore venerabantur, super omnia mobilia, iumentaque alterum Deum Schreybrato super asperas, gallinas, anates, columbos, pavones, &c. constituit: tertium Gurcho omnibus esculentis, cibariisque præpositum. Præterea tonitruis, lunæ, stellis, serpenti, bufonibus, & omnibus penè creaturis divinum honorem deferabant. *Guagninus in descriptione Prusse.*

LITUANI olim superstitiosissimi fuerunt: Ignem, Fulmen, A. Lucos, Arbores proceras Viperas item, & Serpentes colebant. *Cramerius lib. 15.* De his sic scribit *Guagnin. in descript. Lituan.* Lituanica, & Samogitica gens olim multorum deorum superstitiosi dedita fuit, imprimique ignem (quem sua lingua *Zniecz*, ut rem sacram appellabant) cultu divino prosequerentur, eumque in celebrioribus locis, atque oppidis perpetuum servabant, & sacerdotibus cum ministris ad hoc munus obsequium adhibebant: quod si incuria ministrorum ignis extingueretur, capite pledebantur. Huiusmodi ignis *Vilnae* metropoli Lituaniae in arcis medio (ubi nunc basilica divo Stanislao dicata erecta est) perpetuo aservabatur. Fulmen quoque, quod Perunum Sclavonica lingua appellabant, pro Deo colebant. Lucos praeterea, & eximias, procerasque arbores, in sylvis singuli sacrosanctas habebant, violare eas ferros, injuriave aliqua nefas erat: quod si Lituanus aliquam arborem, vel ignem quolibet modo dehonestalet, statim vel demonum saevitia interibat, vel membro aliquo correptus privabatur. Solem forte nubibus obsecraturum credebant sibi succensere, ideo sese illi, quo placaretur, devotebant. Viperas item, atque serpentes deos esse credebant, & singuli patres familias, singulos serpentes domi aservare solebant, quos pro Penatibus adorabant, lacque, & gallos gallinaceos eis immolabant: eratque inauspicatum, & exitabile toti familiae, quempiam ex eis violasse, aut domi non fovisse: tales enim vel bonis omnibus privabantur, vel crudeliter lacerati interibant.

Poloni ante *MIECISLAUM* regem, Solem, Lunam, Auroram, quam *POZUVIDA* appellabant, cultu divino prosequerentur. Praeterea *Jovem*, quem illi *Jestiam*, *Plutonium*, quem *Ladim* sive *Ladonem*, *Ceterem* quam *Niam*, cuius templum *Gnefnae* celeberrimum erat, *Venerem* quam *Marzannam*, & *Dianam* quam *Zicoviam* gentili lingua appellabant. *Lelum* quoque, & *Polelum*, *Romanis* *Castorem*, & *Pollucem* appellatos, pro diis colebant, Et adhuc in computationibus illa gens nomine eorum utitur, *Lelum* *Polelum* vociferantes. Solebant diebus festis ad latus, & choreas pariter convenire, maxime 25. die *Mail*, & vigesima quinta *Junii*. Quam congregationem populi *Stado*, id est, agmen appellabant: quod adhuc apud *Ruthenos*, & *Lituanos* passim in villis observari videtur. Post *Dominicam* enim conductus *Pachae* ad divi usque *Joannis Baptistae* festum, mulieres & virginibus diebus festis ad choreas turmatim convenire solent, *Ladonem*que canentes, & *Lado*, frequentius ingeminantes: manibus complaudentes, in gyrum choreas ducunt. *Guagninus in vitis Regum Polon.*

Sylvas SCLAVINI, & *Nymphas* colunt, & *Dæmones* alios, si quis sacrificia faciunt, & inter sacrificandum vaticinantur. Habent praeterea lege cautum, a majoribusque traditum, ut inter numerum deorum, unum illum, qui sit fulminis fabricator, Dominum omnium rerum, ac solum Deum esse credant, illique boves, & hostias ejus generis alias mactant: Fortunam vero, quid ea sit, nec sciunt, nec vim ullam in homine habere fatentur. Sed quando, vel domi morbo largientibus, vel foris in praelio periclitantibus, mors imminet, jubentur pro incommoditate sacrificare, habentque per suum, per sacrificia salutem sibi redemptum iri. *Dubravius lib. 1. ex Praecipio.*

VANDALI praeter lucos, & penates, quibus oppida, & agri redundabant, varios Deos colebant. Prone Deus erat *Aldenburgensis*, sive *de Polaborum*, *Radigast* Deus terrae *Obotritorum*. His dicati erant flammes, & sacrificia. *Festos* dies sacerdos ad fortis nutum denunciabat: conveniebantque viri, & feminae cum parvulis, mactatisque hostiis boum, & ovium, plerumque etiam hominum Christianorum, sacerdos de cruore libabat, populus ad epulas convertebatur. Zuant evitio, Deo *Rugianorum*, ut potest efficaciori in responsis, annuati hominem Christianum, quem fors dedisset, immolabant, & de omnibus *Vandalorum* provinciarum, status sacrificiorum impensas eo transmittabant. *Cranzius lib. 3. Vandaliae, c. 37.*

Qui sub polo habitant arctico Solem, & Lunam adorant: pannum quincetiam rubicundum in perica suspensum. Nonnulli quicquid primo diluculo in caelo, terra, vel aquis vivum apparent, hoc ipsum usque ad crepusculum ejusdem diei pro numine adorant. *Olaus magnus lib. 3. cap. 2.*

INDI omnes multos, diversosque deos colunt. Eos habent percussos, sicut solis status: nempe lignis, terris, argenteive. Peruana regio eos avium forma, tygridum, cervorum, & aliorum animalium exhibet: interdum etiam caudatos *Satyrorum* specie. *Jo. Metellus.*

JAPONII, regibus quique suis in foro civili, in sacro *Tundis* (sic *Episcopos* vocant) ac seclorum Principibus parent. Eae vestes sectae fere duodecim numero sunt: quae licet cultus, & superstitioibus inter se multum differant, in tollenda tamen animorum immortalitate conspirant: & quamvis plebs varia deorum nomina ad colendum proponant, ipsi tamen secum, praeter ortum, & interitum, nihil esse constituunt. Ad hanc opinionem imis animi sensibus penitus insingendam, commentationes ciciter bis mille, & quingentas paratas habent. Quas qui diu, multumque secum perpenderit, omni tandem religione solutus, in illa caecitate profusus conquiescit. *Jo. Metellus.*

Sinarum populi in extremo Oriente, templa amplissima, multaque statuis, & picturis illustrata frequentant: & quamvis varia simulacra venerentur, unum tamen Deum, rerum omnium opificem, & rectorem, praecipue colendum esse dicunt, eique potissimum supplices preces adhibendas. Unius mulieris imaginem, quam appellant *Nammam*, quam ajunt esse apud Deum summum humani generis ad vocatam, honoribus summis afficiunt. Et aliud apud illos simulacrum virginis, quam tradunt regis cuiusdam filiam, & rerum coelestium cupiditate omnes opes humanas neglexisse, ut divinarum contemplatione frueretur: in hujus tutela *Sinarum* gentem esse credunt. Alius apud illos *Deus* sanctus habetur. Hunc hominem fuisse narrat fortissimum, atque tantis virtutibus praeditum, ut miracula multis in locis edidit. Quorum illud potissimum fuisse dicunt, quod semel armatus, ens nudo in fluvium projecto, quasi quodam lembo invecit, ingentem fluvium traiecit, ut suis, quibus hostibus in praelio vehementissime praebatur, auxilium afferret. Hunc ob praclaras virtutes, & egregium iustitiae splendorem in divos relatus fuisse, commemorant. Multos alios divos habent, quibus statuis diebus honores instituant. *Oforvius lib. 11. rerum Em.*

SUPERSTITIONIS MATERIA. RESPECTU.

PERSONARUM, ERGA QUAS. Ut erga. Dæmonas.

ETHNICI olim spiritus abigebant certo legumine in os indito, & retrorsum tacto, nudis pedibus, certaque precum formula novies repetita: sic enim adoratur omnino *Satanas*, *G* ne quid importet mali. Id prisci Latini mense *Majo* per triduum faciebant, placandis (ut aiebant) *Lemuribus*, sive *Remuribus*, quam institutionem a caede *Remi* dicebant ortam, quod spiritus eo mortuo incolos loci infestarent. *Bodinus lib. 3. Dæmonom. cap. 5.*

PUEROS, INFANTES.

Pricorum mos fuit, ut editos infantes terram attingere juberent, *Opemque* deam invocarent, ut nascentibus opem ferret, sinu eos excipiens: nec vocem prius dari putabant, quam terram attigissent. *Levanam* quincetiam deam dicebant, quae pueris praesertim de terra levandis: *Augustinus Civitatis divinae lib. 4.* item *Macrobius Symposiaca* 1. *Varro de vita Patrum lib. 2.* Natus si erat vitalis, ac libatulus ab obsterice, statuebatur in terra, ut aufpicaretur rectus esse. Et in libro de *Macrobius Seneca*: Omnes infantes terra nudos excipit. Hinc *Papinianus, Sylvorum*, 1. in *Stella epithalamio*, & *Violantilla*:

Tellure cadentem
Excepti, fovique sinu
Sed et lib. 5. *Syroula postrema*:
tellure cadentem
Aspexi, atque unctum geniali carmine fori.
Caelius lib. 20. cap. 14. A. L.

Cum infans editus primam lucem hausisset, Romanis erat in usu, ut ab obsterice exceptus, humi sterneretur, quasi divinationem futuri exitus inde auspici: lectoque *Pilumno*, & *Picumo* in adibus parato, ita augurabantur, ut his praesidibus diis vitalis foret: neve *Sylvanus* in domum irrepere valeat, quem vexare pueros opinio erat, ad foveas aditus tres viros, qui pervigiles domum circumirent, advocabant, quorum primus limen securi, alter pilum feriebat, tertius vero scopis evertebat: mox nomen, & tempus editorum filiorum apud praefectos ararii publicis aditis testarentur, & scriberent. Quae quidem in Saturni aede tanquam publica monumenta servare proditum est. Deinde cum cibo, & potu eum initiarent, *Edules*, & *Potina* sacra fecerunt: Eodemque Adolescentem *Maje*, quae *Fama* dicta est, ac *Sarano*, & *Fabulino* more patrio immolarent. *Alex. lib. 1. cap. 25. ex D. Augustino de Civitate Dei.*

MOYSES

MOYSES *Maymonis* lib. 3. *Morene* bocin, *Amorraos* scribit inter alia folios per flammam recentes ex utero foetus transfundere, & credidisse liberos a calamitatibus plurimis vindicari: eandemque superfectionem nutritis adhuc observantes a se in *Aegypto* visas. *Loca* extant 2. *Reg. 21. et 23. 2. Paralip. 28. et 33. lib. 3.*

Veteres *ROMANI* puerorum collo solebant pendendi membra speciem appendere, quam appellabant *fascinum*, ut esset (prout aiebant) praesentis, & sortilegia averteret, idque ex electro maxime, quod *Pitinius* innuit *lib. 37. cap. 3.* turpem omnino modum, & diabolicum, animis ad libidinem inflammandis. *Bodinus lib. 3. Dæmonom. c. 3.*

REDUCES.

GRAECI non ducebant esse puros, neque in coetus suos recipiebant, neque accedere permittebant ad templa illos, quorum ductum funus fuerat, & facta eum mortuus exequia. Ajunt, quemdam hac contactum superfectione *Aristinum* misisse *Delpchos* praecatum *Apollinem*, supplicatoremque: ut liberaretur *B angustis*, quibus ex lege tenebatur. Et cecidisse *Pythiam*.

Quodque tibi mulier lecto, dum parvum, egit, illud idem nunc vultus tui, et fer sacra tonanti. Ita *Aristinum* prudenter praebuisse se quasi denuo editum mulieribus, ut se lavarent, in canubus colligarent: mammam praebent. Eum morem servare ceteros omnes, qui dicti *Cytheropotmi*, id est, vivi elati fuerunt. Alii & ante *Aristinum* in *Hytheropotmis* ferunt hac observata, ac morem esse vetustum. *Plut. in quæst. Rom.*

Eos, quos fama peragere defunctos falso vulgavit, si reduces sint, non excipiuntur: sed confensio recto eos intro demittunt. *VARRO* causam asserit talem. Cum bello *Siculo* pugna navalis ingens commissa esset, multosque rumor vanus mansisset occubuisse, reversos brevi spatio omnes mortem obisse ajunt: Uni ingredienti fores occurrisset sponte se claudentes, neque laxatas fuisse molentibus pandere. Ille ibidem sopito pro janua speciem in formis monstravit, ut ex recto in ades demitteret. Cui parentem, fortunatum evasisse, & grandævum. Hinc morem manifeste posteris. *Plut. in quæst. Rom.*

MORTUOS.

ÆGYPTII dum manibus defunctorum parentant, post preces oppleti lacrymis, tumulum amplexantur, & coronant: quibus mos erat, in insula, quae *Abalos* dicitur, ut si quo merso in flumine, cadaver non appareret, centum annis illi funus facerent, & ita manes expiarent. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

Epicadus refert, *HECULEM* occiso *Geryone* cum victor per *Italiam* armenta duxisset, ponte, qui post *Sublicius* dicitur esse, ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat in fluvium demisisse: ut aqua secunda in mare devertat, pro corporibus defunctorum veluti patris sedibus redderentur. *Macrobius lib. 1. Satur. cap. 11.*

ORESTES, trucidata matre *Clytæmnestra*, parentem convivium velut in illius honorem exhibuit. Hinc proverbium, *Benevolus trucidator.*

ACHILLES manes, in *Sigao* nisi nudos, & unguentis delibutos circa sepulchrum decurrentes, expiare compertum. *Alex. lib. 5. c. 26.*

GRAECI, paucis a morte diebus, feralia litabant defunctis obsequia: observatumque, ut reliquo corpore combusto, plerumque digitum, membrumque, aut crines seponerent, quibus *D* tanquam cadaveri ipsa perfolerent, & parentarent. *Idem.*

DELPHI, cum *Pyrrhi* tumulum nullo honore antea coluissent, postea eum didicissent, illum contra *Gallos* pro *Delphis* adfuisse, *Pyrrhi* manibus in posterum parentarent. *Idem.*

Idem apud aram *Ephyrbia* *Veneris* manes evocabant, & defunctis parentabant. *Idem.*

DELPHI pueri, & puellæ, *Hyperboris* virginibus viris sanctis totis crinibus parentasse dicuntur: quos suis involutos, supra illarum monumentum puellæ deponunt, pueri vero in sepulchris. *Idem.*

THRACES ad *Terei* sepulchrum, qui parentant, aut immolant, hordei loco calcuis utuntur. *Idem.*

PLATÆNSES *GRAECI*, qui occiderunt *illic*, & humati fuerunt quotannis parentant: *Menaetionis* mensis (qui apud *Bocotios* est *Alalcomenius*) sextodecimo die pompam agunt: quam antecedit prima luce tibicen clarissimum canens: sequuntur plautra *myrti*, & coronamentorum plena, taurus niger, liba. *L. B. Theat. vir. Human. Tom. VII.*

mina in amphoris vini, & lactis, cerosisque olei, & unguenti adolescentem ingenium ferunt, nulli enim licet homini conditionis servilis illud attingere ministerium, quod illi viri pro libertate accubissent. Novissimus *Plataensium* *arehon* (cui alias neque ferrum attingere, neque aliam quam candidam induere vestem fas est) tunc sago puniceo amictus fuit: ex tabulario *hydriam*, *gladiumque* tenens medio oppido ad monumenta pergit, mox aquam ex fonte capit, abluat pilas, & injungit, immolatoque super *pyram* *Jovem*, ac *Mercurium* inferum precatus, viros illos fortes, qui lethum pro *Gracia* optetierunt, ad cœnas, & inferas invitat, tum patram vino miscet, quam ubi profudit, ita fatum: *Propino* illis viris, qui pro libertate *Graciae* occiderunt. *Plut. in Aristide.*

Apud *ARGIVOS*, qui amiserunt propinquum, aut familiarem, his moris est, mox sub lectum, ut *Apollini* operentur, diebus triginta post *Mercurio*. Arbitrantur enim, quomodo corpora mortuorum terra recepit, ita *Mercurium* animas. *Apollinis* ministro hordeum dant, & carnes hostiæ accipiunt: extingunt, ut pollutum ignem, eumque ab aliis accendant, quo carnes affiant, quas encensum nuncupant. *Plutarchus in quæst. Græc.*

Apud *ALBANOS*, manibus defunctorum parentare, aut justa perolvere, nulli permittitur, quod defunctos humana ope putabant non egere. *Ephedones* purgatum defuncti caput inaurant, illique quotannis hostias mactant, & iusta perolvunt. *Augillæ*, qui ultra *Cyrenem* sunt, nullos deos, praeter defunctorum manes, putabant: ab illis, ubi tumulis incubere, per somnia responsa accipere opinati. *Alexand. l. 5. c. 26.*

ROMANI floribus ornare sepulchrum, & sacrificio, atque epulo defunctis parentare solent, nonnunquam thure, & mero supplicare, sine tibicine: quibus in acie casus fuit tam ara quam annua parentatio constituta. Et tamen mense *Februario* mortuis dare inferias consueverunt: *Decius* tamen, & *Brutus*, contra majorum instituta, *Decembri* mense parentarunt. *Idem.*

ROMANI, esse *Ovidio* lib. 2. *Festorum*, celebrarunt mense *Februario* *Feralia*, quibus diis manibus iusta solvebantur, & epulæ ferebantur ad sepulcra ab his, quibus jus erat ibi parentare, unde & *Feralia* *Festo*, & *Varroni* dicta sunt. Poniebant autem epulæ in his sacris super silecem, quæ inde, ut *Servius* dicit, *Silicernium* dicebantur: quo vocabulo quidam significari volunt funebre convivium, quod senibus exhibetur. *Donatus* *Silicernium* esse dicit cenam, quæ inferitur diis manibus: quod eam silentes cenant, id est, umbra possideant: vel quod qui eam inferant, cenant, neque degustent, & c. Appellabantur etiam *Parentalia*, sacra, in quibus pro parentibus, seu majoribus extructæ epulæ sepulchris ferebantur. Quamvis autem manes parvis muneribus placari crederent, lacte, vino, & aliis rebus, quarum apud *Ovidium* fit mentio: tamen etiam mactabant victimas. Unde quidam a feriendis pœcudibus *Feralia* putant dicta esse. Sacrificiis addebant preces, accendebant lumina. Cum *Romani* bellis impediti olim intermississent *Parentalia*: putabant iratos manes tempestatem, & pestem immisisse, & egressas a sepulchris umbras defunctorum errasse cum questibus circa sepulchra, item per urbis vias & agros: Duravit hoc festum undecim diebus: quibus nuptæ a viris se cubabant, nobiles nuptias non contrahabant, simulacra deorum velabantur. *Lavaterus de Speidris parte 3. cap. 4.*

Mense *Majo* celebratur nocturnum festum, quod initio *REMBURIA*, postea *Lemuria* vocantur. Hoc festum non multum a *Feralibus* differt, quæ ad *Placandos* *Lemures* instituta fuerunt. De origine eorum, & ritibus, vide *Ovidium* lib. 5. *Fast.* Surgebat intempesta nocte, qui umbras placaturus erat, nudis pedibus incedebat, aqua fontana se perlucebat. Fabas, quas ore versaverat, a tergo jacebat, dicebatque se illis redimere, pulsabat. *H* que æra, & orabat, ut umbræ abirent: quod si novies scissent, perfecisse se putabant sacra. Per triduum autem celebrata fuerunt. *Idem.*

Rogus cum lustraretur militari more, instructus, armatusque acies ter circum incensam *pyram* (ubi defunctos acie cremabant) arma quatientes, cum lectu, & lamentabili carmine, arma, & spolia in ignem mittebant, & hostiis immolatis inferias occisorum manibus dabant. *Alex. lib. 5. c. 26.*

Gangem fluvium *INDI* sanctum existimant: ita ut, mortuorum, regni *Bengalæ* indigenæ, & incolæ, hoc flumine mergi se jubent: sed pedibus duntaxat. *Jo. Metellus.*

ANIMALIA BRUTA.

AMORREI imprimis Solem adorabant quem xux' egypti, Hebrea Dd 4